



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 2. Deum filios suos flagellis probare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

166 Cap. VIII. Casuum aduersorum,

nosci. Neque enim est seruus supra Domi-
num , aut Filio naturali Dei , filius adopti-
uus debet velle delicatiū tractari. *Signum*
Filiij hominis & Filij Dei ipse Dei Filius *cru-*
cem nuncupauit.

Matth.
24. 30.

Apoc. 2.
8.

§. II.

Deum filios suos flagellis probare.

Tempore Ioannis Euangelistę, Episcopus
Smyrnensis , vir magnæ Sanctitatis graui-
bus procellis quatiebatur. Vocauit igitur
Ioannem Christus & dixit : *Angelo Smyrnae*
Ecclesiæ scribe : Hac dicit primus & nouissimus,
qui fuit mortuus & vinit. Scio tribulationem
tuam , & paupertatem tuā , sed diues es , &c:
cur ? quia si fueris fidelis usq; ad mortem , da
tibi cororam vitæ. Spe ergo diues erat , quia
futurus Christi cohæres. Sed ecce , quo mo-
do ad hanc eum spem inducit : nō se regem
regum appellat , sed eum , qui fuit mortuus
& viuit , quasi diceret : ego , quamuis Filius
Dei verus , tamen morte crucis acerbissimi
& ignominiā plenā damnatus fui : vnde in-
telligere potes , pati grauia , non esse à filiis
Dei alienum. Et quid mirum , si Christianum
esse dicimus , quod veteres etiam
Spartanū esse crediderunt ? Spartani enim
v̄t filios suos probarent , innocentes ad ar-

addu-

adductos iubebant flagellis , ad sanguinem
vsque cædi ; probatior habebatur , qui in-
ter plura verbera , non gemuisset. Probat
ad hunc modum etiam Deus filios suos.
Probatores sunt , qui sunt ad flagella para-
tiores. *Obliti estis* , inquit , Apostolius con- Hebr. 12.
solationis , *quaæ vobis tanquam filijs loquitur* 5.
dicens : Fili mi , noli negligere disciplinam Do- Prou. 3.
mini (hoc est labores & tribulationes , qui- 11.
bus nos erudit) *neq, fatigeris , dum ab eo cor-*
riperis , quem enim diligit Dominus , castigat ;
flagellat autem omnem filium , quem recipit.
Ita ipsi Apostolo contigit , qui idcirco Actor. 9.
electionis est dictus : caussa mox additur : *E-* 11.
go enim ostendam illi , quanta oporteat eum , pro
nomine meo , pati. Ita contigit & Tobiæ ,
cui dictum est : *Quia acceptus fueras Deo , ne-* Tob. 12.
cesse fuit , ut tentatio probaret te. Si necesse 13.
fuit , quām meritò timere possunt , quos
tentatio non probat , se Deo acceptos non
esse ? Filios suos solet Deus cruce ac tenta-
tione insignire , cruce probare , velut Ly-
dio lapide ; cruce tanquam quadriga ad cæ-
lum promouere.

§. III,

*Fortium & magnarum mentium est fortia
& magna pati.*

L 4

Quan-